Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Iacob vero et filii eius descenderunt
in Egyptum. Misique Moysen et
Aaron et percussi Egyptum multis
signis atque portentis et eduxi
vos et patres vestros de Egypto
et venistis ad mare, persecutique
sunt Egyptii patres vestros cum curribus
et equitibus usque ad mare Ru-
brum. Clamaverunt autem ad Dominum
filii Israel qui posuit tenebras
inter vos et Egyptios et adduxit
super eos mare et operuit illos.
Viderunt oculi vestri cuncta que in
Egypto fecerim. Et habitastis in so-
litudine multo tempore. Et intro-
duxi vos in terram Amorrei
qui habitabat trans Iordanem. Cumque
pugnarent contra vos tradidi eos
in manus vestras et possedistis terram
eorum atque interfecistis illos. Sur-
rexit autem Balaac filius Sephor
rex Moab et pugnavit contra Israel
misitque et vocavit Balaam filium
Beor ut malediceret vobis et
ego nolui eum audire. Sed e con-
trario per illum benedixi vobis et libe-
ravi vos de manu eius. Transistis-
que Iordanem et venistis ad Iericho.
Pugnaveruntque contra vos viri civitatis
eius Amorreus et Ferezeus et
Chananeus et Ettheus et Gergeseus
et Eveus et Iebuseus et tradidi
illos in manus vestras. Misique an-
te vos crabrones et eieci eos de
locis suis duos reges Amorreorum
ad possidendam terram ipsorum vobis
tradidi non in gladio et arcu tuo.

tuo Dedique vobis terram
in qua non laborastis et urbes quas
non edificastis ut habitaretis in eis,
vineas et oliveta que non plan-
tastis. Nunc autem timete Dominum et servi-
te ei perfecto corde atque verissimo
et auferte deos quibus servierunt
patres vestri in Mesopotamia et in E-
gypto ac servite Domino. Sin autem
malum vobis videtur ut serviatis
Domino, optio vobis datur. Eligi-
te hodie quod vobis placet cui servire potis-
simum debeatis, utrum diis quibus
servierunt patres vestri in Mesopota-
mia an diis Amorreorum in quorum
terra habitatis. Ego autem et domus
mea serviemus Domino. Responditque
populus et ait Absit ut relinquamus
Dominum et serviamus diis alienis. Dominus
Deus noster ipse eduxit nos et patres
nostros de terra Egypti de domo ser-
vitutis fecitque videntibus nobis
signa ingentia et custodivit nos
in omni via per quam ambulavimus
et in cunctis populis per quos transivimus.
Et eiecit universas gentes Amor-
reorum habitatorem terre quam nos in-
travimus. Serviemus igitur Domino quia
ipse est Dominus Deus noster. Dixitque Io-
sue ad populum Non poteritis servire Do-
mino. Deus enim sanctus et fortis emula-
tor est, nec ignoscet sceleribus vestris
atque peccatis. Si dimiseritis Dominum et
servieritis diis alienis convertet se
et affliget vos atque subvertet post-
quam vobis prestiterit bona. Dixitque
populus ad Iosue Nequaquam ita ut